



Reflexio Critica.


ETHICA prout hodie in scholis traditur, materiarum apparatu ac ordine digesta est, ut non solum theologiæ, sed jurisprudentiæ etiam ancilatur & utriusque candidatos non moribus solum sed iis etiam elementis prævie imbuat, quæ sublimioribus scientiis multiplici usui esse poterunt. Adhæc disciplina morum sive Ethica vix maxime hodie necessaria est. Si enim tempus vultum, quo obarmare tenellos animos contra invalescentem improbitatem oportuit, nostræ huius ætati potissimum hæc macula adhæsit. Quare non præpropere agunt, aut suis commodis non inserviunt, qui vix haustis Dialecticæ elementis, jam in sacra Themidos penetralia uno veluti saltu irruunt & gressum nimis præcipitant. Mirum dictu! primis elementis latinæ linguæ integros annos consecrant, Philosophiam vero intra bimestre absolvunt, facti jam, facti, nati ac præparati ad omnes scientias, quo vero id fructu, quo commodo rei publicæ, patriæ, parentum, familiæ? Videntur isti currere in stadio litterario, non ut accipiant bravium, sed ut fastigium moliantur ante fundamenta.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007